praeter ceteros commemorandus est Seyffertus. Ex horum inventis mihi adsciscenda fuerunt longe plurima, quibus ad emendanda poetae verba usus sum. His demum diebus in meas manus pervenerunt Theodori Hasper 'ad Plauti Militem Gloriosum marginalia' commentationibus Fleckeisenianis (ed. Lips. 1890) inserta (p. 171—186), quae hoc loco excerpam:

V. 24. Nisi únum: epityra illa éstur. — 187—194. Diversarum actionum vestigia certissima in his esse Hasperus censet. — 217. Tíbi ego dico: cántheriata's uéstis! me scis te ádloqui. — 298. Íterum si id uerúmst tu ei custos ádditu's qui es périeris. — Dúm ego in tegulís sum, illaec se suópte hospitio edít foras. — 360. Dispéssis manibus pátibulum quom adbétuis. SC. Quamnam ób rem? — 438. 'Ἀγλυκὴς es tu, non γλυκεῖα'ς: meo' iterum commendat. — 451. Dómiciliumst, Athénis domus est. SC. Át erus! PH. At ego istám domum. — 465. Qui aéque faciat cónfidenter quíd quam faciunt múlieres. — 534. 'Complexam' tutatur Hasperus. — 555. Eandem scripturam quam ego recepi commendat Hasperus. — 584. Qui ne íd adimatur ne íd quod uidit uíderit. — 585 et 588 alterius esse recensionis vult Hasperus. Versu 585 *de me* = *deme* ioci causa dictum esse: cui respondere illud *adimatur*. — 595. Ibo íntro ne mi múlta fortis eó fuat (vel 'obfuat'). — 655. Ó lepidum semídeum. V. 651—656 delet Hasperus. — 659. Tú's quidem edepol qui ómnes mores ád uenustatém uoces. — 676. *tasen* ex *sat* glossemate natum esse putat Hasperus; id duobus locis in textum irrepsisse (*comitas*). — 747. *inicit* glossema esse vult (uoluptatem inicit). — 779. cúpiunt conminíscier. — 799. PE. Aúdio: ‖ Né me surdum esse árbitrare atque ásperis tuis cáue meas ‖ Aúris uerbis uérberassis. PA. Si aúdis, ego rectis meis ‖ Mé dabo: abs e. q. s. — 809. PAL. Rogo ego té tamen. — 824. LV. Demísit ardim in ámphoram cellárius. — 843. pro *Lurcio* conicit Hasperus *Volpio*. — 878. falsa haéc sit, Periplecómene. — 883. hóram oratiónis. — 889. eaedem uéniet. — 895. AC. Mérs mala peióribus conuéniet. — 913. Quam rém ego milití darem (!). — 917. fundáta ac constitútast. — 997. Idem commendat Hasperus cum Leone. —